Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Gummarus Conf S Bruno Eps S Zenais & Philonilla 11 Oct.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S.Gummarus Conf S Bruno Eps S Zenais& Philonilla 11 Oct.

Memoria Paſs. Chriſti.

Crux in frontis tuæ munimine perſeueret, pectori tuo appone diuinæ ſcientiæ Sacramentum. Chryſol.

Deus qui nos B Gummari Conf tui (S.Brunonis Epi:S. Zenaidis & Philonillæ) annua Solemnitate lætificas. concede propitius ut cuius natalitia colimus etiam actiones imitemur per D.N Ieſum&c

Ora pro Defunctis&c

1 S. Gummarus in ſæculo & quidem infelici coniugio fictus exemplar prudentis & iuſti mariti. namque querelas ſubditorum veritate fundatas emendabat reparatis damnis, nec a reprehenſione iniuſte agentis abſiſtebat. Sicellum illi quietis aſilum erat, & opera miſericordiæ panis quotidianus obijt demum ſancte A. 760.

2. S Bruno Colon. Eps Imp filius & frater & patruus, fortiſſime adminiſtrauit inter Rhenum, ſcaldem & moſam protenſum Lotharingiæ regnum prolata etiam in Gallias imperio qua occaſione Germaniæ ſuæ multa SS. Corpora aliaque ſacra intulit, & Coloniam mirifice illuſtriorem fecit, quieſcit in S. Pantaleonis monaſterio quod inſtaurauit, ex ponte Conſtantini magni.

3 Zenais & Philonilla ſorores Tarſi in Cicilia S. Pauli diſcipulæ & cõſãguineæ ſanctitate effulſerunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN